NOTIZIARIO DELLA CONFERENZA EPISCOPALE ITALIANA
a cura della Segreteria Generale

NUMERO 6 28 GIUGNO 1977

Sinodo dei Vescovi 1977

SYNODUS EPISCOPORUM - PROT. N. 185/77
Lettera inviata al Card. Antonio Poma il 10 febbraio 1977.

Venerabilis Frater,

Initio laborum duorum praecedentium Coetuum Generalium Synodi Episcoporum, praesentatus est « Conspectus Generalis vitae Ecclesiae » seu « Panorama », quod quidem Synodi Sodalibus valde placuit, quia inde utiles mutuae informationes suppeditatae sunt ipsis Synodi Patribus, circa experientias pastorales in hodierna vita Ecclesiae.

Eorundem autem utilitatem auspiciens pro proxima synodo, Consilium Secretariae Generalis Synodi Episcoporum proposuit ut etiam hac vice apparetur « Panorama ».

Itaque, hoc proposito Summo Pontifice placendo, ut quam amplior et arctior habeatur communicatio de vita Ecclesiae in diversis partibus Orbis, praesertim ad spatium temporis elapsum ab ultima Synodo a. 1974 quod attinet, opportunum visum est notitias ab ipsis Coetibus Episcoporum Orientalium et Conferentiis Episcoporum petere et colligere uti materiam praeparandi Panoramatis, quae non sit, ut patet, ipsa materia collecta pro redigendo textu « De Catechesi ».

Nunc, adprobante Summo Pontifice, rogo Te, Venerabilis Frater, ut, iuxta mentem Coetus Ecclesialis cui praees, ad hanc Secretariam Generalem Synodi, mittere velis informationes, proposita vel observationes et animadversiones circa problemata quae, tamquam res maioris momenti, communicanda esse videntur cum Summo Pontifice et aliis Ecclesiis particularibus, attento praesertim nexu eorundem cum eventibus Ecclesiae Universalis qui habiti sunt post praecedentem Synodum.

Enixe rogo Te, Venerabilis Frater, ut responsa ad praedicta transmittere velis ad hanc Secretariam Generalem ante diem primam Iulii c.a.

Qua cum Tecum communico omnia fausta Tibi a Deo adprecor atque qua par est, reverentia me profiteor.

Tibi addictissimum
+ Stanislaus Rubin
Secretarius Generalis

* * *

Conferenza Episcopale Italiana - prot. n. 579/77

Lettera inviata ai Membri della C.E.I. il 13 maggio 1977.

Venerato Confratello,

la Segreteria Generale del Sinodo dei Vescovi chiede alle Conferenze Episcopali di tutto il mondo di conoscere:

— « quali avvenimenti e quali problemi, a partire dal Sinodo del 1974, hanno avuto maggiore riflesso per la vita della Chiesa »;

— « quali proposte e suggerimenti si intendano dare, perché tali avvenimenti e problemi siano approfonditi in occasione della prossima Assemblea Sinodale (ottobre 1977) ».

Si chiede agli Ecc.mi Padri (o alle Conferenze Regionali) di voler fare pervenire per iscritto alla Segreteria della C.E.I. i loro contributi in materia, entro il 15 giugno prossimo.

La Presidenta si farà premura di riassumere le proposte e di inoltrarle alla Segreteria Generale del Sinodo dei Vescovi, entro il 30 giugno successivo.

Con vivo fraterno ossequio.

dev.mo
+ Luigi Maverna
Segretario Generale